

I. N. J. C.  
**Catalogus**

Lectionum per elapsum semestre  
Hybernum

In Gymnasio Regio-Revaliensi  
habitarum,

per hoc semestre aestivum  
habendarum.

volentibus sic Gymnasi legibus nunc  
primâ vice editius.

Die 4. April.  
Anno 1684.

REVALIAE, Typis Christoph. Brendekenii,  
Gymn. Typogr.



M. ADAMUS HEROLD. Gymnasii Rector &  
Inspect. ut & SS. Theol. Hebr. Ling.  
& Philos. Prof. in Lectionibus Theologicis  
capitibus de naturâ Theologiæ, de religione  
Christianâ, de scripturaS, de articulis fidei &  
Theologiâ naturali diutius inhæsit, ob præ-  
reqvisitam terminorum explicationem, &  
ipsius materiæ rationem, qvæ in seqventibus  
fundamenti loco est supponenda, in qvibus  
eò expeditius bono cum Deo perget. Dispu-  
tationes qvoq; Theologicas identidem ha-  
bitas diligenter continuabit, & propediem  
qvædam extraordinaria sub ejus præsidio ha-  
bebitur. In Hæbraicis 13. Capita Geneseos a-  
nalyſi & versione absolvit, laborem istum eâ-  
dem methodo, qvæ & in Elencho ordinario  
defi-

3117

definita eſt, continuaturus. In logicis lectioni-  
nes partitus, absolutâ Categoriarum do-  
ctrinâ cùm de Enuntiationibus, tum de usu  
earundem in Syllogismo per vices egit, ea-  
dēq; ratione per præcepta brevia & disputati-  
ones perget. In Physicis duos libros ad ductū  
Sperlingii ad finem perduxit, qvam operam  
continuabit, in historiâ naturæ evolvendâ a-  
liqvandiū hæfurus. Inferioribus Theologiæ,  
Logicæ & Hebrææ lingvæ principia inculca-  
vit. & in Theol. qvidem pericoparū Evange-  
licarum occasione, ut statim ad Script: manu-  
ducerentur: in logicis per Regulas generales,  
exemplis præcipue illustratas: in Hæbraicis  
vero, per resolutionem alicujus versiculi ex  
Opitii Bibl. parvis juxtâ tabulas qvasdam  
succinctas adornatam. Privatim in N.T. Epist.  
ad Rom. & i. ad Corinthios it. 17. Capita ex  
Evang. Johannis per analysin Grammati-  
cam, Logicam & Theologicam pertractavit,  
additâ in tractatione Johannis, qvam prope-  
diem

diem bono cum Deo absolvet, mnemonievti-  
câ quâdam institutione & manuductione ad  
Historiam Evangelicam eruendam. In latini-  
tate, cuius in hâc âtate studium satis coli non  
potest, absolvit 3. Ciceronis orationes: utpote  
pro Roscio, pro Archiâ, & pro Milone, qvas  
modo per versiones ex latîno Germanicas,  
& ex Germanico latinâ, modo per imitatio-  
nes, cùm ad Phrasestum ad Periodos & inte-  
gra membra, modo per Amplificationes &  
contractiones instituit; addito qvoq; creber-  
rimè per casus & conjugationes variandi e-  
xercitio, item observationibus perpetuis de-  
dictione latinâ per exempla varia illustratis.  
Nuper inventionem Rheticam & impri-  
mis locorum Topicorum usum per exem-  
pla explicare orsus est, in quo labore assi-  
duè perget, cum institutione ad epistolas  
conscribendas. Collegium quoq; Ethicum,  
in quo aliquot capita ad ductum Itteri ex-  
plicavit, continuabit.

moib

22

MICHAEL

229  
**M**ICHAEL SIGISMUNDI, Professor Græcæ Lingvæ,  
in Professione sua, præterlapsò semestri, in Prima  
Classe, ex Orationib⁹ Isocratis Αἴραν τῶν Παρεγγένεπικῶν περῶν, πρὸς Δῆ-  
μονικὸν, secundum Methodum in Elencho nostro designa-  
tam, absolvit; ut & aliquid Ἐκ τῆς Λόγου τῶν Συμβολευπικῶν πίμπτε,  
πελὴ τῆς Ἑρεύης, ἦ, Συμμαχικῆ explicuit.

In N. Tto, dimidiō Evangelii Lucæ, ante novum Elen-  
chum adornatum, absolutō, in eodem continuavit, & alte-  
rum qvoq; ejus dimidium, intra commemoratum tempo-  
ris intervallū, absolvit; qvō factō, ad seqventem Evange-  
listam Johann. est progress⁹, tertiā ejus parte jam absolutā.

In Secunda Clasfe, captui Discipulorum se accom-  
modans tres Epistolas jam dicti Evangelistæ Johanni-  
nis, & aliquot capita ex Evangelio ejusdem absolvit; die  
autem Saturni Evangelia Dominicalia percurrit, hæcq; o-  
mnia, secundum Praecepta Welleriana, pertractavit. Fu-  
turō autem, Deo dante, semestri, loco Isocratis, Hesiodum  
in Prima tractabit; in reliqvis verò Lectionibus, in  
utraq; Clasfe, prædictō modō, continuabit.

---

**I**nrich Julius Woltemate/ M. & J.P. in Mathesi qua-  
tuor priores Libros Euclidis, cum uno, vel altero usu,  
cuivis penè propositioni adjuncto, & Geographiam  
duplē per definitiones, & problemata maximè ne-  
cessaria explicavit; Politicam Cellarii ab initio in Libri  
secundi sexto capite, ac Institutiones juris in medio Libri  
itidem secundi attigit. Imposterum, Deo annuente, Eu-  
clidis quintum & sextum Elementum cum sphæricâ ali-  
qubus

X 3

qubus

2121

qvibus horis; Et præterea Politices Jurisq; Lectiones con-  
tinuabit. Privatim Geometriam cum utraq; Perspecti-  
vâ, & Fortificatoriam in Chartâ & Campo docet, atq; ad  
firmandam Praxin, Fortalitium aliquod, in qvovis latere  
polygoni septem virgas Rhenanas longum, cuius ortho-  
graphia vario opere ut incrustato, Cespititio, &c. absolu-  
vetur, Mense Majo, constructurus Est.

**M**CHRISTIANUS EBERHARDUS MORIAN, P.P. absolu-  
tis ex Marone Eclogis, Horatium, & post invecti-  
vum Ovidii in Ibin carmen Metamorphoses ejusdem le-  
get, & cum Buchanani psalmis Terentii comedias conti-  
nuabit, observatâ hactenus consuetâ methodo, ut præter  
factam ad literam textus expositionem, penitus in ejus  
sensum & scopum inquiratur, Mythologia evolvatur,  
dictionis artificium ex Rhetoricis atq; Poeticis præceptis o-  
stendatur, inq; Orationibus, Chrijs, imitationibus, aliisvè,  
variô contextendis charactere, poëmatibus, tam publicè,  
qvâm privatim, applicetur.

**J**OHANN. RUDOLPH. BREHMIUS, Eloq. & Hist. Prof. Q.  
Curtio Rufo, qvem hactenus explicuit, proximo semestri  
Ciceronis libros de Officiis substituet, ubi textu philologicè  
pertractato, & qvæ ad elegantiorem literaturam facere  
videntur, ostensis, monita, qvæ occurunt, moralia simul  
eruerat atq; explicabit. Epistolis Ciceronis, è qvibus selec-  
tas, & ad genera causarum accommodatas, tractavit, e-  
jusdem Ciceronis Orationes Catilinarias aut pro Ligario  
atq;

atq; Dejotaro subjunget, qvas Rheticè atq; Philologicè  
pertractabit, ut præter puritatem & elegantiam Latini ser-  
monis styli etiam diversitas & disponendi artificium co-  
gnoscatur. In præceptis Rheticæ Vossianis circa Pa-  
thologiam substitit, in qva in posterum ita perget, ut do-  
ctrina affectuum nervosis præceptis tradita, perspicuis &  
accommidis exemplis illustretur. Inferioribus tropolo-  
giā atq; schematologiam qvam planissimè tradet. Ultq;  
exercitiō syntheticō in usum tradita omnia transferantur,  
uti hactenus, ita & porro propositis variorum thematum  
elaborationibus auditorum commoda promotum ibit. Pro-  
pediem etiam duas, an amnestia Comiti Töckelio conce-  
denda, Orationes ductu suo ab auditotibus elaboratas,  
publicè recitandas curabit. In Commentariis Sleidani de  
IV. Summis Imperiis, seculum à Christo nato primum nu-  
per absolvit; conjunctis cum Sleidano, si copia earum da-  
ur, tabulis Boxhornii Chronologicis, perrecturus jam ad se-  
quentia, & methodo hactenus consuetâ ita traditur, ut  
historiâ prophanâ cognitâ, perceptisq; Synchronismis, via  
simul ad historiæ Ecclesiasticæ cognitionem sternatur. Pri-  
vatim Collegium progymnasmaticum nuper absolvit, &  
aliqvot Orationes ex Cicerone atq; Mureto pro captu di-  
scientium pertractavit, perrecturus porro, prout ē re au-  
ditorum esse videbitur. Logicam denuo nuper incepit,  
præcepta exemplis perspicuis illustraturus.

**I**N inferioribus Classibus Collega MICHAEL GÜNTHERUS elab-  
orando semestri Capita Pietatis Christianæ ex Catechismo  
Lu-

Lutheri & Corpore Doctrinæ Matthæi Judicis Studiosæ Ju-  
ventuti inculcavit. In Grammaticis præcepta Etymologi-  
ca & Syntactica tradidit, eaq; qvater absolvit, singulisq;  
hebdomadibus trinis vicibus Exercitia Styli extemporanea  
dictavit; in Prosodia verò superiores eos profectus fecere,  
ut versus disjectos facili negotio in ordinem redigere pos-  
sint. In Colloquijs Corderi à Colloquio vigesimo qvinto Li-  
bri V. usq; ad finem perventum est, præivitq; Præceptor  
Clasicus exponendo, resolvendo, construendo & imi-  
tando. Qvod Phraseologian concernit, discipuli tertiae  
Clasis primi absolverunt Librum primum Fasciculi Phra-  
sium; imi Farraginem. Præterea Rudimenta Græcæ Lin-  
gvæ proposuit & Arithmeticā docuit. Deus porrò ex alto  
benedicat Laboribus nostris!

---

JACOBUS Bier / Cant. Gymn. cum per discipulos, qvos nu-  
per, suscepto officio, invenit, non potuerit ultrà principia  
musices progredi, hisce qvidem quamdiu opus erit, im-  
morabitur, ad altiora autem tractanda pro frequentiâ  
& capacitate dissentium sedulo aspirabit. In reliquis, ad  
elementa eruditionis, Juventuti præbit diligentissime.

---

Adjicietur imposterum designatio disputationum, Oratio-  
num, aliorumq; exercitorum ab Alumnis nostris habitorum,  
unâ cum eorum nominibus, ut diligentioribus laudi, reliquis in-  
citamento sit. Qvæ quidē nunc eum ob finem omissa est, qvia ini-  
tiis eorum parcendum duximus. Designatio autem hac ratione  
instituetur, ut diligentiorum nomina cum exercitiis, reliquo-  
rum vero nuda exhibeantur.

F I N I S.